



**Totius Iuris Canonici Compendium, Siue, Brevis Summa In  
Quinque Libros Decretalium Sacri Concilii Tridentini  
Decretis Accommodata**

In Qua Iuris Canonici Primae Institutiones, seu Elementa ita traduntur, ut  
plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac  
Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

**Axel, Johannes Honorius van  
Coloniae Agrippinae, 1656**

De ordine cognitionum. Titulus X.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](#)

cum quæ per latrosum tormenta quærenda est, per quod multorum salus & incolumitas procuratur. Commune est t̄ omnibus ferijs, quod actus voluntariae iurisdictionis etiam quolibet die feriato exerceti possint; l.2. & l. actus & l. fin. C. hoc tit. potest itaque libellus conventionalis produci in prima instantia, l. miles §. sexaginta ff. de adult. appellatio interponi, l.1. C. de ferijs & ibi Salyc. num. 3. Paul. de Castro n. 2. Apostoli peti & dari, quia sunt actus extra judiciales, Rot. decisi. 82. de apel. in antiq. attifstans de vsu & stylo. Portigi libellus appellatorius, tam coram iudice à quo, quam coram iudice, ad quem, Bart. in l.1. §. libelli ff. de appell. Bald. in l.1. C. de ferijs n. 2. Delegationes & electiones iudicium fieri; Saly. in l.1. num. 3. C. de ferijs. nec non, recepto iuramento testium parte præsente & die iuridica, eorum examinatio, quia est potius quid facti, quam iuris glossa in clem. l. de off. & potest. iud. deleg. Saly. in d.l.1. sub num. 5. C. de ferijs. Guid Pap. decisi. 215. plures actus cumulat & Iac. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 3. num. 14. & seqq. si in Imperatoris oritur aut natalem diem, celebranda solemnitas diuinæ maiestati dedicata incidenterit, Schena theatralis, certamen, spectacula, & ludus diffringuntur, l. fin. vers. nihil eodem die C. hoc est.

## De ordine cognitionum.

## Titulus X.

## S V M M A R I A.

- 1 Recuperanda possessorium ob spolium non violentum, sive proponatur agendo sive excipiendo, excludit super eadem re, exceptionem & actionem dominij alterius & proprii.
- 2 Recuperanda possessorium ob spolium violentum ex vi expulsiva vel ablativa reiicit omne aliud iudicium ciuale, sive petitorium, sive summa in Decretales.

possessorium, & Criminale, nisi sit iudicium paro potest.

- 3 In Civilibus non admittitur exceptio spoliationis facta ab alia quam ab actore, quodque spoliationis facta ab actore ipsi reo, & non alteri persona.
- 4 In Criminalibus accusationibus nedum admittitur exceptio, & actio spoliationis facta ab aduersario, sed etiam à tertio, dum modo sit de tota substantia vel maiori parte.
- 5 Spoliationis exceptio probanda est infra quindicim dies.
- 6 Spoliationis exceptio multis casibus excluditur.
- 7 Spolium attentatum suspendit quodcumque aliud iudicium.
- 8 Actore opponente de inhabilitate rei, & reo excipiente de inhabilitate actoris, prius discutiendum est de inhabilitate actoris.
- 9 Super exceptione impidente processum, sive dilatoria, sive peremptoria qua opponitur vel dilatoria, sive vel alij dicunt super questione emergente a causa principali, si iudex insimul procedat, vel processus erit nullus, vel poterit appellari.
- 10 Exceptio peremptoria aut dilatoria sive questione incidentis concernens ipsum factum, reseretur post item contestatam, & simul examinatur cum negotio principali.
- 11 Excipe qui agenti petitorio de matrimonio obstat exceptio consanguinitatis, de qua antea est cognoscendum.
- 12 Interim dum agitur ciuiliter contra delinquentem, non potest accusari criminaliter, nec à co. tr. s. coram eodem aut diuersis iudicibus.

**L**IBELLO oblato, lite contestata, praestita liuramento calumniæ, causæ merita examinantur, & quia sepius ab actore plures mouentur questiones, interdum ab utraque parte, quandoque incident, quandoque emergunt, & dubitari possit, quis ordo in

M m

earum

earum cognitione & definitione sit secundus; ideo subnectit de ordine cognitio-  
num. Prætermis traditis in §. preiudiciales,  
& per DD. in §. si min. de action. cumul. Inst. de act.  
Sciendum est primo, quod possessorium †  
recuperandæ ob spolium non violentum, siue  
proponatur agendo, siue excipiendo, nō  
impedit, nec retardat iudicium super alia re;  
Anch. in c. 1. n. 2. de restit. spoliat. in 6. & ibi Can.  
pulchre Rot. decif. 718. num. 1. plures quotas alle-  
gans & remissive decif. 721. n. 1 part. 1. diuers. Sed  
excludit super eadem re exceptionem, & ac-  
tionem dominij alterius & proprij: Pan. in  
c. super spoliatione n. 5. hoc tit. Rip. in c. super n. 50.  
2 deraestit. spoliat. ob spolium † violentum ex  
vi expulliua, vel ablatiua, pro quo competit  
interdictum unde vi, aut vi bonorum rapto-  
rum actio, habet priuilegium ex sola eius  
pendentia, ut rejiciat omne aliud iudicium,  
Ciuitale, siue petitorium, siue possessorium,  
Pan. in c. super spoliatione n. 19. post Innoc. hoc tit.  
c. 1. & ibi Anch. in 2. not. de restit. spoliat. in 6. &  
Can. Greg. xv. decif. 281. & criminale, c. cum dilectus & ibi Pan. & c. fin. & ibi gloss. fin. & Can.  
Anch. in c. 1. num. 2. per illum text. de restit. spoliat.  
in 6. Rot. decif. 7 8 & decif. 721 part. 1. nisi sit  
iudicium paris potentie ut de alia spoliatione,  
d. c. fin. hoc tit. & ibi gloss. fin.

Ideo si auctore agente possessorio, ob spo-  
lium violentum reus proponat petitorium,  
non auditur siue super eadem re, siue dinera-  
sa, c. super spoliatione hoc tit. dicetur latius infra-  
tit. deraestit. spoliat. & si eodem auctore agente  
petitorio, reus super eadem re, decucat pos-  
sessorium siue agendo siue excipiendo, pro-  
ceditur in solo possessorio suspenso perito-  
ris; imo utilius est spoliato, ut per actio em-  
petat restitutionem, quia se probat spolia-  
tionem directe agendo, duo consequitur, &  
quod prius audiatur, & quod restituatur, li-  
cet aduersarius prius proposuerit actionem

suam, c. antiquius & ibi gloss. fin. & Archid. 2.  
quest 2 c. ex conuestione & ibi Pan. sub num. 6.  
vers. & ibi consuluit gl & num. 7. de restit. spoliat.  
& ibi Can. si super diuersis rebus ab auctore  
prius ageretur petitorio, & postea à reo pos-  
sessorio, est in electione conuenti, an velit  
opponere spoliationem per viam exceptio-  
nis, an per viam actionis: de spoliatione op-  
posita per exceptionem, prius est cognoscendum,  
quia est exceptio dilatoria prius  
terminauda, quam in principali negocio  
procedatur, c. 1. in princ. de restit. spoliat. in 6. &  
ibi Franc. num. 4. & Can. d. c. ex conuestione &  
ibi gloss. in verbo ante ipsius causa & ibi Can. &  
spoliatione probata non cogitur respondere  
auctori, nisi ab ipso restituatur, sed non re-  
stituitur à iudice quia non fuit actum ad re-  
stitutionem, sed tantum exceptum ad repul-  
sionem intentionis auctoris; si vero reus a-  
etorem reconueniat de spoliatione, tunc  
traque questio simul ventilatur & probata  
spoliatione reus restituitur à iudice, quia in-  
telliguntur duæ mutuae petitiones sese tan-  
quam diuersæ non contingentes, & vicissim  
tractatæ simul eadem sententia sunt termi-  
nandas: d. c. cum dilectus c. fin. & ibi gloss. fin. hoc  
tit. ideo si de alio agit, & reus super alio se  
dicit spoliatum, utilius est spoliato, ut in mo-  
dum exceptionis proponat spoliationem, si  
auctor eum in agendo præuenit, ut patet ex  
supradictis gloss. fin. in fine in d. c. antiquius per  
d. c. dilectus. In eo diuersitas est, quia in ciuili-  
bus † non admittitur exceptio spoliatio-  
nis factæ ab alio, quam ab auctore c. 1. §. statuimus de restit. spoliat. in 6. etiam si res spoliata  
peruenit ad ipsum auctorem, licet tunc con-  
tra eum agi possit alio remedio, Ioan. Andr. in  
d. c. 1. in gloss. super verbo. defutatum & ibi Can.  
aut spoliatio facta sit à procuratore auctoris,  
aut synclico vniuersitatis suo proprio nomi-  
ne spoliante, l. si extraneus de except. deli &c.

Fratello.

*Franc. in d.c. 1. sub nu. 4. Greg. xv decis. 525.* item requiritur quod spoliatio sit facta ab auctore ipsi reo, & non alteri personæ, etiam à qua reus ius haberet. *Franc. in d.c. 1. sub nu. 4. de refit. spoliat. in 6.* Probata vero huiusmodi spoliatione exceptio semper obstat auctori, quo-  
unque spoliatus integraliter sit restitutus, *Franc. in d.c. 1. §. illum n. 3. & ibi Can.* Quando esset facultas rerum restituendarum; alias si res essent in longinquo, & de eo constaret, tunc si auctor satisfidaret de re, vel estimatio-  
ne danda, tunc poterit procedi in causa; *t. si fundu. §. in vindicatione ss. de pign. & hypot. Fran. post Ioann. Andr. in d. §. illum sub num. 3.* Aut spoliator bonis cederet, antequam spoliatus integre esset restitutus, quoad fructus & ex-  
pensas est audiendus, *Roi. decis. 20. de re iud. in antiqu. 1. & ibi gloss. pen. C. de off. bon. & ibi DD.* etiam si spoliator condemnatus esset per  
tres sententias conformes, *Mohed. decis. 2. in 2. dub. de solut. las. in l. 1. num. 1. plur. ponens exem-  
pla C. de iur. & fact. ignor. Imo quando spoli-  
um fuit sine dolo commissum, spoliator eti-  
am post tres sententias conformes admittitur,  
ad c. Odoardus & c. peruenit de solut.  
ad effectum agendi peritiorio, non parito,  
quoad fructus & expensas; secus quando spoli-  
um fuit dolosum, *Mohed. de. if. 1. & 2. de  
solut. las. in d. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. num. 15.*  
*4 iuncta l. 1. ff. de except. dol. In † criminalibus*  
accusationibus nedum admittitur exceptio spoliacionis factæ ab accusatore sed etiam à  
tertio dummodo sit de rea substantia, vel  
maiori parte. *d. c. 1. §. illum*, ac ipsa actio de  
spolio excludit criminalem accusationem,  
& sic operatur duo, naturam exceptionis,  
quia excludit accusationem, & naturam ac-  
tionis, quia spoliatus consequitur restitu-  
tionem à iudice, *Pan. in d. c. cum dilectus nu. 17.*  
*hoc tit.* Nam nec nudi contendere, nec iner-  
mes nos inimicis opponere debemus, *c. cum**

*eccl. c. cum episcopusc oportet 3. q. 2.* Siquidem  
oppontur de expoliacione facta ab accu-  
satore, tunc requiritur quod spoliatus inte-  
graliter sit restitutus, sicut quando ageretur  
civilitate, si vero oppontur & expoliacione  
facta à tertio, spoliato tempus à iudice de-  
bet indulgeti, intra quod restitutionem im-  
ploret, ne forte sic velit existere, ut omnem  
accusationem eludat: quod si intra tempus  
indultum, causam, cum potuerit, non ducat  
ad finem non obstante spoliacionis excep-  
tione, deinceps poterit accusari: *c. 1. §. solet de  
restit. spoliat. in 6.* Ac etiam cestia hæc excep-  
tio, si receperit bona, vel maiorem partem,  
nec requiritur quod integraliter sit restitu-  
tus, *Franc. post Ioan. Andr. in d. c. 1. §. illum nu. 3.*  
Præterea exceptio spoliacionis factæ à ter-  
tio non admittitur, quando denunciatur  
crimen ad pœnitentiam, cuius finis salutem  
denunciati concernit; *c. noui de iud.* quando  
de crimine civilitate agitur; *c. postulaisti de ho-  
micide. c. 2. eod. in 6.* Aut quis inquisitionem  
criminis promouet, per quam non imponi-  
tur pœna ordinaria, sed alia arbitria, *c. su-  
per hæc. cum oporteat c. inquisitio de accus. Ioan.*  
*And. in d. c. 1. super verb accus. sed dictis casibus*  
admittitur, exceptio spoliacionis factæ ab  
ipso denunciante, a gente, vel promouente in-  
quisitionem, *Franc. in d. §. illum. n. 2.* Porro ex-  
ceptio spoliacionis probada est † infra quin. 5  
decim dierum spacium, post diem in quo  
proponitur, alloquin excipiens in expensas  
condemnatur, & arbitrio iudicis punitur, *d.*  
*c. 1. §. statuimus. Multis casibus † excluditur 6*  
hæc exceptio, primo rerum priuatarum spo-  
liatio, agenti super ecclesiasticis, vel è contrar-  
io, nullatenus opponi potest; *d. c. 1. §. fir.* quia  
non de iure suo, sed de iure ecclesiæ expeti-  
tur, tum quia res ecclesiæ sunt iuris publici:  
& dicuntur resecclesia non solum spiritua-  
les, que non eadunt in laicum, sed etiam

restemporales, ut fundus, domus, castra ecclesiæ, Franc. in d. c. i. § fin n. 2. Eadem ratione non admittitur exceptio spoliationis de rebus mobilibus contra agentem de feudo, quia feuda processerunt de publico, Affl. decif. 9. Anchar. post Archid. in c. frequens in 10. not. derefit spoliat. in 6. & ibi Can. Secundo in causa matrimoniali, siue agatur possessorio siue petitorio, gloss. addit. in d. c. i. § fin. Pan. in d. c. cum dilectus num. 23. Tertio quando obligatus conuenit ex obligatione firmata iuramento, c. et si Christus de iure iur. Pan. in d. c. cum dilectus num. 23. Quarto non datur opponenti se confirmationi electionis, qui non de necessitate sed sponte se opponit, Ioan. Andr. in d. c. cum dilectus num. 14. & pluribus alijs casibus, Ioan. And. in d. c. cum dilectus n. 13. & seqq. & ibi Pan. n. 22. & seqq. & Can. communiter Franc. in d. cap. 1 § fin. in princ. Præterea spolium † attentatum, sive natura, suspendit quodcumque aliud iudicium, c. non solum in fine de appell. in 6. & ibi gl. fin. & Can.

8. Secundo si actor † opponat de inhabilitate rei, & reus excipiat de inhabilitate actoris, prius discutiendum est de habilitate actoris, quam rei, c. cupientes §. si vero & ibi gl. in verb. compareant de elect. in 6. & Franc. num. 3. de min. & Archid. & Can. & prius etiam cognoscetur de inhabilitate procuratoris actoris, quam rei: hinc Curia non competit procuratorem impetrantem rescriptum iustitiae probare mandatum ad petitionem procuratoris contradictoris, nisi prius ille suum mandatum ostendat, Ioan. And. in c. non nulli n. 46. in fine de rescript. & ibi Can. Tertio si iudex simul procedit super † exceptione impudentie processum, sive dilatoria, sive peremptoria, quæ ex speciali privilegio opponitur, ut dilatoria, c. i. de lit. contest. in 6. & ibi gloss. & Can. sive ut alij dicunt sive quæstio de emergente, Butr. in c. i. n. 10. & ibi Pan. in

fine hoc tit. l. i. C. de ord. iud. & super principali negotio vel processus erit nullus, vel saltem poterit appellari, propter contrarietatem, quæ sequitur exinde, c. exhibita de iud. Pan. in c. i. n. 7. & latius post num. 11. ubi tradit duas mag. dist. hoc tit. Quod si iudex omittat cognitionem super h. iusmodi dilatoria, reservingam eam post litem contestatam, tenet reservatio si non appellatur, sed potest pars ab ea appellare, & habet iustum causam contradicendi; Pan. in c. cum contingat n. 13. ponens duas distinctiones & ibi Fel. n. 18. ponens regul. & duas fall. de off. deleg. quia in exceptione impudentie processum, reus prius admittitur ad probanda ea que obiecit, quam actor ad fundandam suam intentionem, l. præses C. adi. flauiam de plagiar. & super ea est prius pronunciandum, exposte, vel tacite, quam procedatur super principali; c. ex parte 2. de appellat. l. à procedente C. de dilat. Exempli gratia, illegitimatis exceptio obstat agenti petitione hereditatis coram iudice seculari, quæ est fori ecclesiastici, & tractanda remittitur ad iudicem ecclesiasticum, qui inhibet iudicem seculari, ne procedat in causa petitionis hereditatis, donec causa natalium ecclesiastico iudicio per lentiensiam si iem accepit, tuam hoc tit. c. lator. quæ filii sunt legit. Rot. decif. 214. part. 1. & decif. 200. & 201. part. 2. diuers. Myns. obs. 100. cent. 1. vel eo ipso, quod commissa est causa illegitimatis fit inhibito ab ipso à canone: d. c. lator Rot. d. decif. 200 n. 3. 4 & 9 & decif. 201. n. 1 Imo si tertius venit ad causam, inter duos alias agitata coram iudice seculari, & actor moueat quæstionem illegitimatis coram iudice ecclesiastico, isti tertio, ratione illius duplicitis iudicij, oritur quædam actio & exceptio præindicialis, non solum respectu intentionis sed etiam respectu processus inter actorem & reum agitati, & est peremptoria & dilato-

dilatoria ratione perplexitatis, ac suspendit iurisdictionem iudicis secularis, ut non possit procedere inter duos primos colligantes, quo usque sit finitum secundum iudicium praedictum: d.c.tuam Rot. diuers. decisi. 275. part. 2. Eadem ratione exceptio peremptoria exclusiva criminis, impedit processum in accusatione criminali, & super ea primitur cognitio, probatio, ltentia, ut si agenti ex l. Flavia de plagiis obijcitur exceptio dominij, l. prases C. ad l. flau. de plagi. Similiter si qui non possidet, non potest agere diuisorium iudicio familiae erescundae, vel communi diuidendo, aut cum illis cumulare petitionem hereditatis, vel rei vindicationem, si excipiendo negetur cohaeres, vel dominus: nisi prius agat petitione hereditatis, vel rei vindicatione, l. 1. & ibi gloss. in verb exceptionem & l. si quid ff. famil. erescundae l. 1. in fine ff. commun. diuidendo. Sed repellitur exceptione praeposterationis, & exceptione ordinis, quia ordo est quod non possessor agat petitione hereditatis, & rei vindicatione, dando diuisorium iudicio, l. non possumus ff. si pars hered. pet. etc. d. l. si quid & ibi gloss. in verb. non venit. l. fundi ff. de ex. ept. quæ dicitur proponi ante item contestatum, & omnia non vitiat processum, quia est praeposteratio viuis iudicij ad aliud, l. si mancipium & socommum & ibi gloss ff. de euict. l. 2. & ibi gloss in verb. restitu C. commun. diuidendo, quando in progressu cause probata fuerit communio hereditatis aui domini, quia probata apparet non deficere ius, neque eius exercitium; semper enim causa libelli est probanda, quando est talis sine qualibet non fuisse receptus; Innoc. in c. ex parte abbatis post princ. de priuul. Bald. in l. 2. n. 3 & 4. C. commun. diuid. quod si possideat eam patrem, licet negetur esse cohaeres, vel dominus, non obstat talis exceptio, vel vt Doctores

dicunt rite agit, sed non recte, quod fit ut eo casu ipse iudex apud quem diuisorium iudicium agitur, cognoscatur cohaeres sit, vel dominus, nisi enim aut cohaeres si aut dominus, neque adjudicari ei quicquam oportet, neque aduersarius ei condemnandus est, d.l. 1. vers. quod si possideat ff. de famil. eresc. ratio est, quia cum istæ actiones sint mixtæ, §. quadam actiones Inst. de att. ex sola possessione non probatur dominum aut titulus; Bald. in d.l. 1. n. 1. 2. & 3. tum quia possessor non potest promissum ordinem servare, cum possessor non detur petitio hereditatis, l. si quis libertatem § nam cum quidam Licinianus ff. de petit. hered. gl. pen in d.l. 1. ff. famil. eresc. Aut rei vindicatio, §. aque si quis agat, etc. quod genus Inst. de actionib. Super exceptione peremptoria taur dilatoria, vel vt alij dicunt 10 quæstione incidente, l. 1. C. de ord. iudic. But. in c. 1. n. 10. & ibi Pan. in fine hoc tit. Concernente ipsum factum, non est opus quod prius pronuncietur, sed potest differri & referuari post item contestatum, simul examinari cum negotio principali, & satis est postmodum pronunciari super principali: l. 1. C. de ord. iud. Pan. in d.c. 1. n. xi. hoc tit. & in d.c. cum contingent. 13. Exempla habes in tit. Inst. de except. Excepe quia tagenti petitorio de matrimonio, obstat exceptio consanguinitatis, de qua antea est cognoscendum; quia probata permittit principalem quæstionem, licet quando probata fuerit, index super ea non pronunciabit, sed super matrimonio absoluendo reum, c. 1. b. 1. Dico petitorio, quia exceptio consanguinitatis, non admittitur in possessorio recuperandæ ad restitutionem mariti vel vxoris, etiam si probationes offeruntur incontinenti parate; in ceteris adiudicanda est restitutio, ac sola quoad commisstonem carnalem restitutio est differenda; si in probatione, dilaciones expectatur longiores,

giores, restitutio plenaria est facienda, c. litte-  
ras d. ref. ipsius. Quarto interim t̄ dum agi-  
tur ciuiliter contra delinquentem non po-  
test accusari criminaliter nec ē contra co-  
ram eodem aut etiam diuersis iudicibus ne  
causæ continentia diuidatur, l. interdum ff. de  
pub. iud. & ibi post gloss. D.D. S. librum & ibi gloss.  
Inst. de lege aquil. Myns. obs. 97. cent. 1.

## De plus petitionibus.

## Titulus XI.

## S V M M A R I A.

1 Plus petitur causa, loco, tempore & re.

**I**NTER incidentes questiones, quandoq;  
reus excipit contra actorem, quod plus  
petat, ideo annexit de plus petitionibus,  
que sunt quatuor t̄ modis, infrascripto ver-  
su comprehendens: Plus petitur causa, tempore,  
reque, loco, de quibus fuse dicitur in institutio-  
nibus imperialibus tit. de act. §. si quis agens & §§.  
seqq. & titul. de except. S. hodie autem; cum quibus  
cap. vnicum huius tituli concordat.

## De causa possessionis &amp; proprietatis.

## Titulus XII.

## S V M M A R I A.

1 In spiritualibus & beneficialibus, ex solo titulo,  
absque traditione, quis consequitur ius.

2 Spiritualia nunquam occupavit conceduntur.

3 In Beneficialibus potest haberi vera possessio sine  
causa & titulo iusto.

4 Retinende possessorum, aliud est summarijsi-  
mum aliud ordinarium.

5 Summarijsum possessorum quibus detur.

6 In eo sufficit summaria cognitio.

7 Fertur sententia interlocutoria à qua non est li-  
cita appellatio.

8 Quando manutentio pendet à negotio principali,  
prius discuti debet negocium principale.

9 Plenarium sine ordinarium possessorum adhuc

- durat terminato possessorio summarijsum.
- 10 In quo requiritur plenaria cognitio, & ex parte actoru plena probatio.
- 11 Sententia super eo lata est definitua, à qua prohibetur appellatio omnis iure.
- 12 Quæ regula fallit in aliquibus casibus.
- 13 In Beneficialibus & spiritualibus ex unico actu congruo acquiritur possessio, quando concurrit animus acquisitio, & scientia & patientia aduersarij, cuius interest.
- 14 Fallit dicta regula quando possidenti ius resit, & alijs casibus.
- 15 Beneficialium ac spiritualium possessio ex uno vel duobus actibus amittitur.
- 16 Ex conditionali acta transfertur possessio, quando Dominus simpliciter tradit.
- 17 Circa acquisitionem dominij est distinguendū.
- 18 Possessionis duodecim fructus enumerantur remissive.
- 19 Possessio que continuatur in heredē est ciuilis-  
ma, & ex ea agi potest interdictio adipiscenda.
- 20 Subrogatio gravis quoad possessionem per prin-  
cipem competit interdictum adipiscenda.
- 21 In spiritualibus quoad validitatem iurum, etia  
sacramentalium, sufficit possessio conscientia.
- 22 In Beneficialibus efficacia collationis sequitur  
possessionem.
- 23 Possessor alio non apparente presumitur in bona  
fide & presumitur Dominus.
- 24 Possessor debetur fructus, tam in temporalibus  
quam in beneficialibus, nisi possessor resistat.
- 25 Successor in beneficio non tenet, nisi suscitare iuri-  
lum sui predecessoris, sed sufficiat ei ostende-  
re supplicationem signatam, vel probare  
communem reputationem, & pacificam  
triennalem possessionem.
- 26 Habilitatum predecessoru sufficit qualis qualis  
probatio, nisi detecta esset eius inhabilitas.
- 27 In Beneficialibus agenti possessorio non obstat  
exceptio criminis, sive intentetur possessorum  
adipiscenda, post collationem, aut post electio-  
nem.